

**VIRGINES VESTALES**  
**INSTRUMENTORVM PACIS, FOEDERVM,**  
**TESTAMENTORVM, ALIORVMQVE TRACTATVVM**  
**SOLEMNIVM CVSTODES EASDEM-  
QVE DEPRECATRICES**

SISTIT

ET

**V I R O**  
**EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO**  
**ATQVE CONSVLTISSIMO**  
**D O M I N O**

**PAVLO CHRISTIANO**  
**SCHRÆTERO,**

JCrO,

**SERENISSIMI ET POTENTISSIMI SARMATARVM**  
**REGIS ATQVE ELECTORIS**  
**SAXONIÆ**

**CONSILIARIO PROVOCATIONVM ET IN PROTO-  
SYNEDRIO REGIO ELECTORALI GRAVISSIMO,**

**PATRONO MAXIMO,**

ABDICANTI SE DIE 2. MAJI MDCCXXXV.

**A MVNERE SYNDICI**

**SENATVS HVIVS CIVITATIS AMPLISSIMI**  
**SVBMISSIS GRATVLATVR**

**D. JOHANNES CONSTANTINVS GELLIVS.**

**DRESDÆ, Joh. Conr. Stöffelii, Typ. Aul. Vidua impressit.**



VIRGINES VESTALES

INSTRUMENTORVM PACIS; POPULI

RAMI TESTAMENTORVM; ALIORVMQUE TRA-

CTATVM SOLENNIVM CVRATORVM; SACRAM-

QVAE DISCRETIONIBVS

ESTIT

VIR O

EXCELLENTISSIMO; AMPLISSIMO

ADVE; COELESTISSIMO

DOMINO

PAULO CHRISTIANO

SCHREIBERO

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI SARMA-

TARVM FERVS; AVOE; RECTORIS

SAXONIE

CONSILIARIS; PROVOCATORVM ET IN PROTO-

SYNDICIS; AVOE; RECTORALI; GRAVIS

SMO

PATRONO; MAXIMO


ADICANTIBVS; DIE 21 MARTII; MDCCCLXXV

A MUNEERE; SYNDICI

SENATVS; CIVITATIS; AMBERGAE

D. Johannes Constantinus Gellner

DRESDEN; 21. MARTII; 1855







VIR EXCELLENTISSIME, AM-  
PLISSIME, atque CONSULTIS-  
SIME,  
PATRONE OMNI CVLTV HO-  
NORANDE.



Q Vi de Vesta & Vestabilibus peculiari Syntagma-  
te (1) egit, & vetustissima item atque cele-  
berrima hujus Deæ & antistitarum ipsius fa-  
cra solertissime unus fere (2) bono veterum  
scriptorum explanavit, magnæ Eruditionis  
Virum, JYSTM LIPSIYM miror sane nul-  
lam in eo profus injecisse mentionem custodiae circa deposita  
in

(1) Edit. Antverp. 1623. (2) Prostat præter hoc Lipsii Syntagma *Ezechieli Spanhemii* de nummo  
Smyræorum s. de Vesta & Prytanibus Græcorum Diatriba in *Grævii* Thef. Antiquit. T. V.  
& Histoire des Vestales avec un Traité du Luxe des Dames Romaines par Monf. l'abbé Na-  
dal



in Æde Vestæ Instrumenta pacis, fœdera, testamenta aliosque Tractatus solemnnes Vestalibus demandatæ. Licet enim in pertractandis earum muniis (3) tres potissimum eorum formaverit Clases, vigilare scilicet, asservare atque sacrificare; curam tamen in asservando ab ipsis habitam, præter fatale Imperii Pignus ad hæc non extendit. Quare supplere vel in hoc omissa à LIPSIUS paucis tamen, paginis hæc, alio quidem labore perfungendo potissimum destinatis, commisimus.

Et de Custodia quidem Instrumentorum Pacis atque fœderum quondam pactorum certiores nos non solum facit exemplum quod habet DIO CASSIUS (4) de pace inter Antonium atque Cæsarem cum Sexto Pompejo facta, ubi hæc verba: (5) *His compositis ac conscriptis literas hujus pactio- nis apud Vestales Virgines deposuerunt:* Sed & locus APPIANI ALEXANDRINI (6) in eandem rem sic se habens: Hæc tum pacis leges fuere, quas conscriptas obsignatasque in Urbem miserunt asservandas Vestalibus. Neque LIPSIUM quoque puto silendum esse, qui, tamen, ut diximus, in Syntagmate adducto ne verbulo quidem ejusmodi Custodiæ meminerit, *fuisse tamen hunc morem Romanum, qui pactio- nes, fœdera, testamenta, pecunias etiam deposue- rint in templis & sæpissime in isto Vestæ, quod re- ligione primum fuerit,* autor est in Not. ad Tacitum, Re- rum Romanarum magnæ fidei scriptorem (7).

Quin & Testamentorum depositio plerumque fiebat in æde Vestæ, & asservanda illa Vestalibus tradebantur Virginibus, quæ suo demum tempore illata publice recitabantur. Quam in rem facit & locus LIPSIUS jam modo allegatus & exempla hinc inde ab Auctoribus annotata. Sic depositum fuisse Antonii Testa- mentum apud Vestales memorant PLUTARCHUS (8) & DIO CAS-

dal quam ex Biblioth. Francoise Janv. & Fevr. 1726, Art. 7. recenset Autor der Leipz. Gelehr- ten Zeitungen im XVIIten St. Jun. 1726. p. 450.

(3) cap. 8. l. c. (4) Hist. Rom. Lib. XLVIII. (5) desumpta ex Verf. Xylandri Edit. Steph. (6) L. V. de Bell. Civil. Edit. Alex. Tollii Amstel. 1670. p. 1133. (7) Lib. I. Annal. c. 8. (8) in Vit. Antonii, c. 29.



CASSIVS (9) indigne cum aliis ferentes Augustum Imperatorem *aperiendum illud recitandumque pro concione curasse* quæ verba sunt Svetonii (10). Vnde etiam in Notis ad h. l. CASAVBONVS hoc Augusti factum inter exempla magnæ cujusdam immanitatis referendum censet, neque juri naturæ tantum advesari, sed & æquitati repugnare, & contra LL. delictum committi putat, violatamque insuper Deorum religionem credit, quorum Sacerdotibus, sanctissimis Virginibus Vestalibus, Antonius hoc Testamentum commiserat, magis id adeo, quod illæ poscenti Cæsari daturas illud negasse Cæsaremque Pontificem adeo maximum (11) illud majori quam ut resistere possent, vi abstulisse testis est PLVTARCHVS (12). Porro ipse quoque Julius Cæsar testamentum, quod Idibus Septembribus proximis in Lavicano suo fecerat, demandavit Virgini Vestali Maximæ apud SVETONIVM (13). Itidem & Augustus Cæsar L. Planco C. Silio Coff. III. Nonas Aprilis factum ab eo testamentum, ac duobus Codicibus partim ipsius partim libertorum Polybii & Hilarionis manu scriptum apud Virgines Vestales deposuit (14). Quod illæ post obitum Augusti cum tribus signatis æque Voluminibus protulerunt (15). Et in genere testamenta apud illas deposita fuisse, ut in fideli custodia essent, tradunt ALEXANDER ab ALEXANDRO (16) ROSINVS (17) & CASPAR ZIEGLERVS (18). Neque tamen in æde Vestæ tantum, sed & aliis Templis Veteribus illa deponi atque custodiri solita fuisse patet ex Jure quoque nostro Romano (19) ubi VLPIANVS vult, ædituum, si custodiam tabularum susceperit, dicendum esse teneri Interdicto de Tabulis exhibendis.

Demum in genere quoque Tractatus varii argumenti solennes Vestalibus asservandos fuisse traditos ab antiquis, probatum Verbis ALEXANDRI ab ALEXANDRO (20): *Testa-*

*men-*

(9) Lib. l. ex Ed. Xylandri. (10) in Vit. Aug. c. 17. (11) Dio Cassius Lib. XXXVII. (12) in Vit. Antonii l. c. Edit. Paris. d. ao. 1626. Tom. I. p. 942. (13) in Vit. Jul. Cæs. c. 83. conf. Bernegger in Not. ad h. l. (14) Sveton. in Ejus Vit. cap. 102. (15) Svetonius l. c. Tacit. Annal. l. 8. (16) Genial. Dier. L. V. c. 12. (17) Antiqu. Rom. L. II. in Demostri Paralip ad c. 12. (18) in Dissert. d. Testam. Lips. 1651. hab. Tab. III. §. 18. & 19. (19) l. 13. ff. d. Tab. exh. (20) l. \*



*menta quoque, inqvientis, & quæ secretioris consilii erant, quæve quis celari & in abdito esse, & suo tempore in lucem promi volebat apud illas deponerentur ut in fideli custodia essent,* tum LIPSIJ testimonio (21) sub nomine generali pactiones more Romano in templis & sæpissime isto Vestæ depositas fuisse, asserentis.

Imo auctoritatem semper deprecandi tam apud homines, quam apud DEOS, penes Virgines Vestales summam, & composita haut raro earum interventu gravissima fuisse dissidia, ex plurimis, evolvendo Veterum Historias monumentis constat. Sic VALER. MAX. (22) Claudiam narrat Vestalem cum patrem suum triumphantem è curru, violenta Tribuni plebis manu detrahi animadvertisset, mira celeritate utrisque se interponendo, amplissimam potestatem inimicitii accensam depulisse (23). Sic Julius Cæsar quoque per Virgines Vestales cum aliis veniam impetravit à Sylla Dictatore, ut repudiaret, volente, Cornelium Cinnæ Consulis filiam, quam ob rem & sacerdotio & Vxoris dote & gentilitiis hæredita tibus multatus discedere è medio & prope per singulas Noctes commutare latebras fuerat coactus (24). Neque minus Vitellius svasit Senatui, ut Legatos cum Vestalibus mitterent, pacem, aut certe tempus ad consultandum petituros (25). Quod ipsum consilium secuta fuit Messalina, quæ Vibidiæ Vestalis precibus veniam à Claudio Principe marito obtinere tentans, oravit eam Pontificis Maximi aures adiret, clementiam expeteret (26) & effecit, ut, auditurum Principem & fore diluendi Criminis facultatem, jubendo ire virginem & sacra capeßere, responderet (27). Quare & ALEXANDER ab ALEXANDRO (28) officiis s. potius Dignitatibus Virginum Vestalium annumerat, ut si qua dissidia & similtates, vel aliquæ

CX-

(21) l. sup. c. in not. ad Tacit. Annal. l. 8. (22) L. V. c. 4, n. 6. (23) Cic. Orat. pro Coel. & pro Cæcina. Svetonius quidem in Vit. Tiberii, fratrem fuisse Claudii ait, sed fateri necesse esse, aut errasse Svetonium, aut mendum subesse vult Torrent. in Comment. ad h. l. conf. Matth. Berneggerum in Notis. (24) Sveton. in Vit. Cæs. c. I. (25) Sveton. in Vitellio c. 15. (26) Tacit. Lib. XI, c. 32. (27) Tacit. l. c. c. 34. (28) l. sæpius all. Genial. Diar. Lib. V, c. 12.



exortæ offensiones fuissent, aut seditio intestina coorta inter Cives, his intercedentibus, & quasi internunciis, pacis fœdera inirentur, illarum curæ fuisse mandatum. Quo respexisse etiam videtur CICERO in disputatione L. Agrar. (29) Si quid deliquero, dicens, nullæ sunt virgines, quæ me à vobis deprecetur: Quamquam non fugiat me in multis Editionibus operum Ciceronis loco Virginum legi Vocem Imagines. Enim vero & perspicuis sat verbis TACITVS quoque hunc honorem Vestalibus vindicat Virginibus (30) sic sonantibus: *Obviam fuere & Virgines Vestales cum epistolis Vitellii ad Antonium scriptis eximi supremo certamini unam diem postulabant, si moram interjecissent, omnia facilius conventura.* Quas demum cum honore memorat esse dimissas (31).

Sed sufficient hæc vel primis adumbrasse lineis, cum fativis mihi sit, exequi propositum in gratulanda TIBI *Vir Excellentissime*, abdicatione à munere Syndicatus apud Senatuum hujus Civitatis Amplissimum hæcenus summa cum laude gesto, susceptam. Jubet hoc in Patronum Clientis pietas, Jubet officiorum longis abhinc annis pro tot summis atque maximis mihi exhibitis benevolentiae signis ratio. Jubet gratissima itidem TVI reverentia, non nisi post vitam finienda, & quem promotum TIBI ad ipsum hoc & Consilarii Potentissimorum Divi pariter atque nunc sceptrum tenentis Augustorum à decidendis provocationibus, & rebus seculari brachio exemptis, munus arduum, imo & acerbissimum Filii ad summam spem nati futurus desenti cultum doloremque mutuum significare, ne & gravissima conjuncta illis muneribus negotia disturbarem & vulnus hoc sat alioquin graviter infixum refricarem, inter miseram paginis hæc omni atque submissa animi devotione vel hoc demum tempore quo otium aliquod à tot concatenatis laboribus

re-

(29) Orat. II, sub fin. c. 36. (30) Lib. III, Hist. c. 82. (31) conf. Lips. Schediasm. d. Vestæ & Vestalibus c. 12. sub fin.



respirandi nactus videris testari præcipiunt. Prostant inter anti-  
 qua Syllæ Imperium Romæ abdicantis & Tarquinii cum primis  
 Collatini Exempla (32) neque ea recentioribus atque nostris  
 temporibus defunt (33). Sed dispari causa dissimilique profus  
 ratione factum illud fuisse & constat & divinare facile licet. TV  
*Patrone*, non nisi sponte, & ut majori cum applicatione  
 devovere TE Patris nostri Patriæ rebus atque Consiliis posses,  
 à statione hac Syndici Amplissimi Ordinis hujus Civitatis Sena-  
 torii quem quidem omnibus votis saluberrima adque bonum  
 Reipublicæ unice semper directa Consilia ulterius appetere nullus  
 dubito, recedere maluisti. Gratulor igitur, & lætor, illud quo  
 huic muneri præfuiti tempus nulla calamitate publica patriæ  
 meæ dulcissimæ illata transiisse & ne quidem nunc ullam illi  
 imminere iterum iterumque gratulor. Ita enim verè sponte ne-  
 que ex timore futurorum aliave ex causâ abdicasse magno ani-  
 mo TE ab hoc munere auguror, & tam apud Patres Regiæ hu-  
 jus Urbis conscriptos quam ejusdem Cives omnes gratissimam  
 semper TVI memoriam super futuram ominor. Vale *Vir*  
*Excellentissime*, & cum Conjuge Dilectissima, sexus sui  
 Decore, univèrsaque familia splendidissima ex voto longum in  
 ævum res age. Scrib. Dresdæ Iphis olim Vestalibus (34)  
 pridie Calend. Maji c10 1000 xxxv.

- (32) d. Sylla vid. Plutarch. in Ejus Vita Edit. Paris. Tom. I. p. 413. d. Tarquinio Liv. Lib. III. Hist. c.  
 2. (33) Eorum qui alicuius muneribus ac negotiis ante mortem relictis se quieti dederunt,  
 exempla collegit, *Christ. Grundmannus* in Epistola qua Bernardo Pflugio 79. natalem gratu-  
 latus est. Cizæ 1715. 2. pl. in fol. (34) V. Ovid L. IV. Fast. in fin.





FK.133  
8

RC  
1461

VIRGINES VESTALES  
INSTRUMENTORVM PACIS, FOEDERVM,  
TESTAMENTORVM, ALIORVMQVE TRACTATVVM  
SOLEMNIVM CVSTODES EASDEM-  
QVE DEPRECATRICES

SISTIT  
ET

VIRO

CELLENTISSIMO, AMPLISSIMO  
ATQVE CONSVLTISSIMO  
DOMINO

LO CHRISTIANO  
SCHRÆTERO,

JCTO,

SIMI ET POTENTISSIMI SARMA-  
VM REGIS ATQVE ELECTORIS  
SAXONIÆ

ARIO PROVOCATIONVM ET IN PROTO-  
DRIO REGIO ELECTORALI GRAVIS-  
SIMO,  
PATRONO MAXIMO,

DICANTI SE DIE 2. MAJI MDCCXXXV.  
A MVNERE SYNDICI

TVS HVIVS CIVITATIS AMPLISSIMI  
SVBMISSÆ GRATVLATVR

JOHANNES CONSTANTINVS GELLIVS.

ESDÆ, Job. Conr. Stöffelii, Typ. Aul. Vidua impressit.

